



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Disp. XLVI. De tempore resurrectionis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata
usque ad finem mundi.

Ad secundum dicendum quod detentio coactionem quan-
dam importat: Christus autem nulla necessitate mor-
tis tenebatur ascriptus, sed erat inter mortuos liber. Et ideo aliquan-
diu in morte mansit: non quasi detentus, sed propria volun-
tate quandiu indicavit hoc esse necessarium ad instructionem
fidei nostrae. Dicitur autem statim fieri quod sit brevis interpo-
no tempore.

Ad tertium dicendum, quod (sicut supra dictum est) Chri-
stus resurrexit circa diluculum illi essente: iam die, ad signifi-
ficandum, quod per suam resurrectionem nos ad lucem gloriae
inducebat: sicut mortuus est a. u. p. praesente iam die, & rece-
dente in tenebras, ad ostendendum quod per suam mortem
destrueret tenebras culpae & pena. Et tamen dicitur tertia die
resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet
spatium 24. horarum. Et sicut dicit Aug. in 4. de Trinit. nox
v. quae ad diluculum, quod Domini resurrectio de larata est ad
tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem
clarificare, ut per gratiam noui Testamenti, & participatio-
nem resurrectionis Christi audiremus: Fuisse aliquando te-
nebras, nunc autem lux in Domino: insinuat nobis quodam-
modo, quod a nocte dies sumat initium: Sicut enim primi dies
propter futurum hominis lapsum a luce in noctem: ita isti pro-
pter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur.
Et ita patet quod etiam si media nocte surrexisset, posset dici eum
die tertia resurrexisse, intelligendo de die naturali. Nunc au-
tem cum diluculo surrexerit potest dici, quod tertia die resur-
rexerit, etiam accipiendo diem artificialem, quae causatur ex
praesentia solis, quia iam sol incipiebat aerem illustrare: unde
& Marc. ultimo dicitur, quod mulieres venerunt ad monumē-
tum orto iam sole. Quod non est contrarium ei quod Ioann.
13. c. 14. inter dicit. Cum adhuc tenebrae essent, ut Aug. dicit in l. b. de consensu
pr. & me t. 4. Euangelistarum: quia die surgente reliquiae tenebrarum tan-
to magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quod au-
tem dicitur Marc. ultimo. Orto iam sole. non sic accipiendum
est, tanquam iam sol ipse videretur super terram, sed tanquam
de proximo aduenire in has partes.

COMMENTARIUS.

Duo includuntur in titulo articuli, scilicet, an
fuerit conueniens resurrectionem Christi dif-
ferri usque ad tertium diem, & an fuerit conueniens
non ultra differri. & cum ex fide constet, utrumque
factum esse, constat etiam utrumque fuisse conue-
niens: tamen ratio praecipua propter quam fuit con-
ueniens, non est eadem in utroque puncto. Nam di-
lationis usque ad tertium diem tota ratio sumitur
ex parte nostri, scilicet ut nobis satis constaret de ve-
ritate mortis Christi. Et hac ratione ut potissima vi-
sus est D. Thomas, eamque eleganter tractat Athan.
lib. de Incarnat. Verbi, dicens. Ut mortuum esse suum
corpus doceret, non priusquam triduanum cadaver esset
exstant. At vero propria ratio accelerationis, seu
non maioris dilationis resurrectionis ab intrinseco
sumi potest ex dignitate ipsius Christi. Nam hoc ip-
so quod nobis non erat necessaria dilatio, erat illi
statim debita resurrectio, ut supra dictum est. Et ideo
D. Thomas in prima ratione solū probauit
dilationem usque ad tertium diem sufficientem fuisse,
ut de veritate mortis constaret, ut inde conclu-
deret fuisse conueniens, statim fieri resurrectionem.
Addit vero alias congruentias allegoricas, & mysti-
cas. Adungere vero possumus ex Atha. supra aliam
rationem moralem. Ne quispiam (inquit) obijceret i-
psum non idem, sed aliud corpus circumferre, ea de causa vi-
tri tridui moram non passus est, neg. eos, qui ipsum audie-
rant de resurrectione promittentem, in longum distulisse: sed
cum adhuc propemodum verba illa in eorum auribus ob-

streperent, oculique eius speciem retinerent, intra tridui spa-
tium, quod plura quam mortuum erat, immortale, & incor-
ruptibile omnibus ostendit, quo intelligeretur, illud non im-
becillitate naturae, cum Verbum in eo domicilium suum ha-
beret, extinctum fuisse, sed ideo extinctum, ut mors viribus
nostri saluatoris Iesu Christi aboleretur. Addit Leo Pa-
pa ser. de resurrectione, Christum Dominum bre-
uialle tridui moram, & ex primo tantum partem
nouissimam, ex tertio vero partem duntaxat acce-
pisse primam, Nestoratoris discipulorum animos longa
mestuudo cruciaret. Præterea Gre. Nyss. orat. 1. de re-
surrectione, in hoc triduo dicit operatum fuisse Chri-
stum multa & eximia virtutis opera, & praesertim
destruxisse, quidquid mali in humano genere Luci-
fer ab initio mundi molitus fuerat, ideoque tam breui
tempore hoc totum perfecisse, ut suae virtutis speci-
men ostentaret, quia non tarda gratia est, non longo cir-
cuito tantum bonum confectum fuit. Postea adiungit
rationem aliam mysticam, quae in eo videri po-
terit.

Argumenta D. Thomae explicabuntur dispu-
tatione sequenti.

DISPUTATIO XLVI.

In tres Sectiones distributa.

De tempore resurrectionis Christi.



Ubi ex Euangelio constat Christum paulo post mortem resurrexisse, non oportet quaestionem mouere de anno, aut mense, in quibus resurrectio contingit. Constat enim eodem anno, & mense, quo & mortem accidisse. Unde cum ostensum sit in medio primi mensis lunaris mortuum fuisse cum annum ageret trigessimum quartum, mensis quoque illius quartum, constat idem esse de resurrectione dicendum. Igitur disputandum superest de die, & hora, simulque explicandum erit, quomodo intelligendum sit resurrexisse tertia die, & iacuisse in sepulchro, ac fuisse in corde terrae tribus diebus, & tribus noctibus. Non disputabo autem, an resurrectio Christi facta sit in instanti, necne? Quia nihil addendum occurrit ijs, quae de resurrectione in comuni dixi, & videri possunt etiam dicta de conceptione Christi. Nam eo modo, quo ibi diximus conceptionem factam esse in momento, sentiendum est de resurrectione, est enim eadem ratio.

SECTIO I.

Utrum Christus tertia post mortem die, eaque dominica resurrexerit.

Duos errores inuenio negantium CHRISTVM resurrexisse die Dominico. Primus est Armenorum, qui anteposcentes hoc tempus aiunt, Christum surrexisse die Sabbathi, ut referunt Castrus verbo resurrectio, haere. quarta ex Guidone Carmelita, & Prateolus Ver. Armeni. numer. vigesimo secundo. Hos autem necesse est vel negare Euangelium dicens, Christum resurrexisse tertia die, vel negare Christum mortuum esse feria sexta, quod perinde ferè est. Nam hoc etiam satis aperte in Euangelio habetur, ut supra diximus. Secundus error est eorum, qui postponentes hoc tempus dicunt Christum resurrexisse feria secunda in fine, aut in initio tertiae, ut omnino iuxta corticem litterae verum sit, Christum tribus diebus, & tribus noctibus fuisse in sepulchro, & in corde terre. Haec sententia sequitur aperte ex opinione eorum, qui asserunt Christum iacuisse in sepulchro septuaginta duabus horis. Quam docuit Alcinus lib. de diuinis offic. Alcin. cap. de

Ad tertium
que die & no-
stra dilata
resurrectio
Christi cur.
Athanaf.

D. Thom.

Athanaf.

Castr.
Guid.
Prateol.

cap. de cena Domini, nisi fortasse metaphorice loquutus sit, & improprie eam tamen sententiam propterea, & in rigore explicatam defendit Paul. Forossempronienfis, in secunda p. Paulina, li. 1. & 2. vtrifert Marcellus lib. de horis canonicis, cap. 50. Qui maximè illam confirmat: quia totum illud tempus fuit necessarium, vt veritas mortis Christi eidenter, & sine vlla tergiversatione probaretur. Quia sepe solent infirmi, qui mortui apparent, post septuaginta horas dare signa vitæ, ergo non satis comprobatur aliquod corpus esse mortuum, in quo nullum signum est corruptionis, aut fætoris, si ante transactos tres dies naturales integros, viuum reperitur.

Christus ante diem dominicū non resurrexit.

Matth. 20.

Marc. 8.

Matth. 12. 5.

Luc. 11.

Symbol.

Dicendum verò est primo, Christum non resurrexisse ante Dominicum diem. Hanc conclusionem censent esse de fide anthores supra citati, & ad minimum est tam certa, quam est certum Christum mortuum esse feria sexta, quod supra diximus esse certissimum. Probat, quia de fide est Christum non resurrexisse ante diem tertium, ipse enim prædixerat se resurrecturum tertia die, Mat. 20. Qui autem designat diem, in quo aliquid futurum est, satis affirmat id non esse futurum ante illum diem. Vnde alij Euangelistæ expressius dicunt, eum prædixisse se resurrecturum post tres dies, Marc. 9. & idem colligitur ex Mat. 12. & 16. & Luc. 11. ac denique in symbolo habemus, *Resurrexit tertia die*, quod nullo sensu posset esse verum, si die proximè sequenti post mortem surrexisset. Et præterea ex narratione Euangelistarum euidenter constat, Christum non resurrexisse die proximè sequenti post mortem suam (vt ex eorum lectione patebit, & in sequentibus explicabimus) ergo non potuit resurgere ante Dominicum diem. Quia inter diem mortis Christi, & diem Dominicæ sequentem tantum vna dies intercessit, cum demonstratum in superioribus sit, Christum feria sexta diem obiisse suum. Denique ratio, seu congruentia supra adducta hoc confirmat: quia oportuiffet resurrexerit, qui illa ratione vtuntur, alijque quos statim afferemus.

Christus die dominicæ resurrexit à mortuis.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

Matth. 28.

A dicit, die proximè sequenti post Sabbathum Christum non esse inuentum in sepulchro, eo quod iam surrexisset. Post Sabbathum autem, dies proxima est Dominica, ergo cum ostensum sit, non resurrexisse sabbatho, necessario efficitur die Dominica surrexisse. Et idem est sensus Euangelistæ Lucæ, qui in fine cap. 23. de mulieribus concludit. *Et Sabbatho quidem siluerunt: cap. autem 24. incipit, Vna autem Sabbathi valde diluculo, &c.* Et eodem modo loquitur Ioannes cap. 20. Nam more Hebræorum vna ponitur pro prima, Gen. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus*, id est primus.

Secundo probatur hæc veritas ex perpetua Ecclesiæ traditione, quæ hunc diem semper venerata est propter Christi Domini resurrectionem, vt ex ipso nomine *Dominici diei* constat. Ita enim appellatus est à Domino, cuius resurrectioni fuit consecratus, quod quidem nomen fuisse huic diei impositum à tempore apostolorum, constat ex illo Apocal. 1. *Fui in spiritu in Dominica die.* Vnde Aug. serm. 251. de tempore, *Dominicum diem* (inquit) *Apostoli & Apostolici viri ideo religiosa solennitate habendum* (auxerunt, quia in eodem Redemptor noster à mortuis resurrexit. Quia ideo Dominicus appellatur, vt in eo tantum diuinum cultus seruamus, dantes diei huic honorem, & reuerentiam propter sem resurrectionem, quam habemus in illa. Et inferius addit, hunc diem esse solennem in Scripturis. Quia in eo creati sunt angeli, & elementa mundi, & prima Lux, manna in deserto datum est, & Spiritus Sanctus de coelo descendit. Et sermon. 154. alia multa mirabilia numerat eodem die facta. Ac fere similia habet Leo Papa epist. 31. ad Diofcorum, ca. 1. *In hac (inquit) die mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium.* Et infra inquit in eadem die ingressum fuisse Christum ad Apostolos ianuis clausis, & insufflasse, atque dedisse illis Spiritum Sanctum, & in eadem postea descendisse in linguas igneis eundem Spiritum Sanctum à Christo promissum. Hæc autem ex Apostolorum traditione manasse, constat ex Clemente lib. 7. Constitutionum, cap. 31. & 35. & ex Iustino Apol. 2. in fine, vbi commemorat, solitos fuisse Christianos in die Dominica, quam diem *sola* appellat, conuentus facere, quia in ea Christus resurrexit. Idem colligitur ex Ignatio Epist. 5. ad Trallian. Athan. optime, oratione in illud dictum. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, Hier. in 4. cap. ad Galat. Gregor. lib. 11. Epist. 3. & ex alijs Patribus passim, multa quoque congerit VValdenfis de Sacramentalibus, cap. 40. Propter quæ Beda lib. de ratione computi, cap. 17. & libro de ratione temporum cap. 45. & Ambrosius super Psalm. 47. in principio, negant licere viro Catholico dubitare, quin Christus Dominica die resurrexerit.

Vltimo potest adhiberi congruentia ex supra dictis in commentario articulo 2. Quia Christi mors non debuit amplius differri, quam necessarium fuit ad veritatem mortis declarandam: ad hoc autem sufficiens fuit, vt vsque ad tertium diem in monumento maneret. Quod enim dicebat Paulus Mildeburgensis, de septuaginta horarum spatio, & incertum est, & quamvis interdum posset accidere, hominem viuum iacere, quasi mortuum toto illo tempore absque vilo signo vitæ: tamen in homine, qui tot sustinuerat tormenta, atque lethalia vulnera acceperat, id erat impossibile. Vnde, quibus non sufficeret quadraginta horarum spatium in signum & testimonium veræ mortis neque mille horæ sufficerent. Non ergo oportuit resurrectionem amplius differri.

Ex quo colligitur, quando in Scriptura dicitur, Christum surrexisse *die tertia*, intelligendum esse de die tertia inchoata, non verò finita. Quia cum mortuus fuerit feria sexta iam exeunte, si ante resurrectionem fuissent tres dies integri transigendi,

non potuisse die Dominica resurgere. Quapropter, cum in alijs locis dicitur resurrexisse post tres dies, intelligendum est de diebus inchoatis, sicut intelligitur illud Luc. 2. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer*, id est, cum dies octauus aduenisset, & in eodem cap. *Post triduum inuenerunt eum*, id est, tertio die. Sic ergo in presenti, in illis tribus diebus computandi sunt duo extremi, vnus mortis & alter resurrectionis. Sicut etiam cum dixit Luc. *Post dies octo*, agens de tempore transfigurationis: cū tamen alij Euangelistæ dicant, *Post dies sex*, Matth. 17. Marc. 9. Ille computauit dies extremos, quos alij omiserunt, quos necesse est sumi inchoatos, quia ante exactum octauum diem, necesse fuit transfigurationem fieri. Et ita ex vno Scripturæ testimonio aliud exponitur. Sic igitur in presenti, per illa loca, quæ asseuerant, Christum resurrexisse prima die hebdomadæ, explicamus alia, in quibus dicitur resurrexisse tertia die, vel post tres dies. Nam hæc duo pro eadem resumuntur, vt videre licet apud Matthæum dicentem, Phariseos retulisse ad Pilatum, *Post tres dies resurgam*, & ideo ab illo petiisse, vt iuberet, *custodire sepulchrum vsque in diem tertium*. Quibus verbis satis explicauit, idem omnino esse resurgere *Post tres dies*: & *tertia die*: & Phariseos vtrumque intellexisse, vt existimarent, Christum loquutum esse de tertia die, qua currente (vt aiunt) affirmabat se resurrecturum. Vnde illi duo discipuli, quibus Christus apparuit in via, dicebant, *Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel, & nunc super hac omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt*. Ac si dicerent, hac die impleturus erat, quod promiserat. Ita ergo intellexerunt hos tres dies etiam illi, qui Christum audierunt tam amici, quam inimici: atque ita etiam a nobis intelligendi sunt. Et eodem modo exponendus est locus Osæ 6. *Visificabis nos post duos dies, & in die tertio suscitabis nos*. Hic enim locus de Christi resurrectione exponitur a sanctis Patribus, quos erudire refert, & exponit Franciscus Ribera in eum locum. Nam, cum dicit propheta, *Post duos dies*, comprehendit diem mortis, & sequentem, cum vero dicit, *In die tertio*, optime explicuit hos tres dies complexi duo extrema: atque adeo idem esse dicere, *post tres dies*, atque *tertio die*. Vnde Dorotheus Martyr in synopsi existimat, hunc locum indicatum esse a Paulo 1. Corint. 15. dicente. *Quia surrexit tertia die secundum Scripturas*, quia in nullo loco veteris testamenti ita explicatur tertia dies resurrectionis, sicut in hoc.

Superest explicanda grauis difficultas, quam in superioribus huc remisimus. Nam si Christus Dominus resurrexit die Dominica, ergo non potuerunt intercedere quinquaginta dies inter diem Resurrectionis eius, & diem Pentecostes, seu aduentus Spiritus Sancti, neque potuit vtrumque mysterium die Dominica accidere, vt habet Ecclesiastica traditio: docentque iidem Patres supra citati, præsertim Leo Augustinus, & Isidorus libro primo de diuinis officijs, cap. de pentecoste, & Albinus lib. de diuinis officijs, capit. de die sancto, quibus addi potest canon ille octauus sextæ synodo ascriptus, quem supra tractauimus. Ratio difficultatis est. Nam, vt constat Act. 2. *Cum complerentur dies Pentecostes*, id est, in ipsomet die: quo Iudæi celebrant festum Pentecostes seu hebdomadarum, aut primitiarum, Spiritus Sanctus descendit: sed necessarium fuit eo anno illum diem incidere in diem Sabbathi, ergo. Probatur minor ex Leuitic. 23. & Ioseph. lib. tertio Antiquit. c. 10. ex quibus habetur, lege statutum fuisse, vt Iudæi secundo die azymorum, seu decima sexta luna primi mensis offerrent manipulum nouarum spicarum: & ab illo die numerarent quinquaginta, & in quinquagesimo festum hebdomadarum celebrarent. Et ita etiam est intelligendus Epiphanius hæres. 51, cum inquit, *Post tres dies agni præceptum esse ma-*

nipulum inferri. Numerauit enim a decima quarta luna, vsque ad decimam sextam, & ita intelligit, *post tres dies*, id est tertia die. Vnde (inquit) fuisse illam figuram resurrectionis Christi. Offerebatur ergo manipulus luna decima sexta, in secunda die azymorum, sed secunda dies azymorum eo anno fuit dies Sabbathi, iuxta ea, quæ in superioribus diximus, ergo ab illa computando quinquaginta, dies quinquagesima incidit in diem Sabbathi, ergo & festum Pentecostes.

Hæc difficultas expediretur facile iuxta sententiam eorum, qui dicunt, Christum non esse occisum in die Paschæ, atque primum diem azymorum non incidisse eo anno in feriam sextam, sed in Sabbathum. Sic enim facile intelligitur fieri potuisse, vt Christus resurgeret die Dominica, quæ iuxta hanc computationem erat secunda azymorum, & post quinquaginta dies descenderet etiam Spiritus Sanctus in die Dominica, & in festo Pentecostes, seu Primitiarum. Tamen quia hæc sententia a nobis supra reiecta est, quod Scripturis, & Patrum traditioni repugnet, necesse est præsentī difficultati altero è duobus modis satisfacere.

Primus est, illos quinquaginta dies non ita computari à secundo die azymorum vsque ad primum octauæ hebdomadæ sequentis, vt vtrumque extremum in ipsis quinquaginta diebus annumerandum sit, sed vel numerandos esse dies à secundo die Azymorum exclusiue, vel (si secundus dies azymorum includatur) ex parte alterius extremi, excludendū esse festum Pentecostes, ita vt non in quinquagesimo die, sed post quinquagesimum celebrari intelligatur. Hoc tamen posterius minus consonum videtur verbis Leuit. 23. sic enim dicitur. *Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum Domino*. Quibus satis significatur post expletas septem hebdomadas, in altera die celebrandum fuisse festum & oblationem primitiarum. Quod clarissime explicuit Ioseph. dict. lib. 3. cap. 10. dicens, *Post paschale sacrum elapsis septem septimanis, hoc est, quadraginta nouem diebus, quinquagesima offerunt Deo panem, &c.* At verò prior ratio numerandi hos dies à secundo azymorum exclusiue nihil habent repugnans, aut Scripturæ, aut Iosepho. Scriptura enim solum dicit. *Numerabitis ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum*. Quod sine vlla vi, vel improprietate exponi potest ab illo die exclusiue. Iosephus verò, licet expresse dicat, manipulum primitiarum offerri solitum die secunda Azymorum (quod Scriptura tam expresse non dixerat) non tamen declarat, quomodo ab illo die numerarentur septem hebdomadæ, imo solum dicit. *Post paschale sacrum elapsis septem septimanis*. Est ergo hæc responsio probabilis. Solum illi obstat, quod Patres frequenter significant, illos quinquaginta dies numerandos esse ab eo die, quo mactabatur agnus, seu à prima die Azymorum. Dicunt enim, festum Pentecostes celebrari eodem die, quo lex vetus in monte Sinai data est: datam autem esse post quinquaginta dies, è die egresionis populi Israel de Aegypto, qui fuit dies mactationis agni. Ita loquitur Cyprianus sermo. de Spiritu Sancto, clarius Hieron. Epist. Cyprian. 127. de mansionibus ad Fauiolam, mansionem 12. vbi Hieron. id colligit ex Scriptura. Quia tertio die tertij mensis data est lex, quæ est quinquagesima à decima quinta primi mensis. Quæ computatio supponit, illos menses esse solares, & ideo difficultatem patitur: eadem tamen vsus est August. Epist. 119 c. 16. August. & lib. quæstionum noui testamenti q. 95. & eodem modo loquitur Leo Pap. serm. 1. Pentecostes, & Isidorus lib. 1. de officijs Ecclesiasticis. cap. 32. Chrysost. hom. 2. de Spiritu Sancto, in quo notanda sunt illa verba

Luc. 9.

Matth. 17.

Marc. 9.

Matth. 27.

Matth. 24.

Osæ 6.

Ribera.

Dorotheus.

Dubium.

Leo Papa.

Aug.

Isidor.

Albin.

Act. 2.

Leuitic. 23.

Ioseph.

Epiphanius.

Responsio.

Dies Pentecostes, & quomodo annumerandi.

Iosephus.

Cyprianus.

Hieronymus.

Augustinus.

Leo Papa.

Isidorus.

Chrysostomus.

verba

verba, *A Pascha numerabitur septem septenarius dierum, & die sequenti facietis diem Pentecostes*. Per Pascha enim intelligit diem immolationis agni. Et eodem modo videntur exponenda illa verba Iosephi, *post Paschale sacrum*. At vero hæc dicta Sanctorum necesse est intelligi saltem exclusivè à die Paschæ. Ergo necessarium est, ut computatio hæc incipiat inclusivè à secundo die Azymorum, ergo hac ratione non potest consistere data expositio.

Secundo modo expediri potest prædicta difficultas, negando, Spiritum Sanctum descendisse super Apostolos in ipsomet die, in quo festum primitiarum celebrabatur: sed die proxime sequenti. Itaque concedendum est, festum primitiarum incidisse eo anno in Sabbathum, Spiritum Sanctum autem descendisse die Dominica sequenti, atque ita distasse quinquaginta diebus à die Resurrectionis. Sic enim numerandos esse hos quinquaginta dies nostri festi Pentecostes, scilicet à die resurrectionis, constat ex traditione Ecclesiæ, & docet expresse Augustinus, dicta epist. 119. & sermon. 183. de tempore, & omnes Patres supra citati, & quos statim referemus.

Contra hanc verò resolutionem obstant verba Act. 2. *Dum complerentur dies Pentecostes* &c. Quæ dupliciter exponi possunt. Primo ut Lucas numeravit dies Pentecostes non Iudaico, sed Christiano more itaque numeravit dies Pentecostes à die resurrectionis. Et hanc expositionem insinuat Augustinus, locis citatis, & clarius Beda Act. 2. Sed huic expositioni obstat, quod Lucas nomine *Pentecostes* intellexit sine dubio festum Iudaicum: nam tunc ea voce nihil aliud significabatur. Nisi forte quis dicat, quando Lucas scripsit Acta Apostolorum, iam fuisse usu Christianorum receptum, ut tempus illud Paschale, *Pentecostes* vocaretur, quod est frequens apud veteres, ut videre licet in Tertulliano lib. de Idololatria, cap. 14. & lib. de corona militis. c. 3. & in alijs, quæ in illis locis erudite notat Pammilius. Sed neque hoc satisfaciunt. Quia Lucas aperte voluit loqui de festo Iudaicorum, ut indicaret causam, ob quam eo die essent Ierolymis congregati Iudæi, ex *omni natione, quæ sub cælo est*. Quapropter addendum est ex Chrysostomo hom. 4. in Acta, illa verba, *Dum complerentur dies Pentecostes*, non significare in eodem die, sed *circiter Pentecostem* (ut ita loquamur: nam oportet ut festi tempore iuxta hæc haberi, ut qui cruci affuerant Christi, idem hæc quoque spectarent. Exponendum ergo videtur, *Dum complerentur*, id est, statim ac completi sunt dies Pentecostes, quod optime dicitur de die proximè sequenti post illum festum: nam hic dies illo modo loquendi satis proprie significatur. Quapropter huic sententia, & expositioni adhaerendum videtur, quam diu alia melior non occurrerit. Non enim melaret posse excogitari alium respondendi modum, nimirum, quando secunda dies Azymorum incidebat in Sabbathum, differri oblationem manipuli primitiarum usque in diem tertium, quia in die Sabbathi prohibitum erat metere Exod. 34. Quæ responsio specie quidem probabilis est, quoniam iuxta illam, facile omnia conciliantur. Non verò satisfaciunt: quia id, quod supponit, nulla auctoritate, sufficienti ratione nititur. Tum quia licet esset lege prohibitum metere segetes: tamen religionis causa aliquem manipulum metere non erat vetitum: etiam in die Sabbathi: quia non erat opus servile, sed religionis. Tum etiam quia non videtur necessarium, ut eodem metere die. Hoc enim in lege non erat præscriptum, poterat ergo pridie ante Sabbathum meti, & confectio die secundo Azymorum offerri. Quanquam video dici posse: nec sine apparenti ratione, Iudæos fuisse valde superstitiosos in observandis huiusmodi caeremonijs, & præsertim in observatione diei Sabbathi, atque idcirco plures consuetudines, & traditiones similes introduxisse. Ceterum cum probari non possit talis consuetudo,

A à nemine affirmari potest, nisi diuinando, & ideo secunda responsio solidior est.

SECTIO II.

Qua hora Christus Dominus resurrexerit.

EX dictis in præcedenti Sectione, ut certum sumere possimus, Christum non resurrexisse ante dimidiam noctem Sabbathi. Quia alias resurrectio intra naturalem Sabbathi diem accidisset, atque adeo non esset tertia die facta. Quapropter antiqua Ecclesiæ traditio fuit, ut Sabbatho Sancto fideles non solverent ieiunium, neque discederent ab Ecclesia usque ad mediam noctem. Vnde Dionysius Alexand. in Epist. ad Basilidem canon. 1. *contemptores & intemperantes* appellat eos, qui ante mediam noctem discedebant: ut cibum caperent. Idem docent omnes Patres statim asserendi, & ex ijs, quæ dicemus, à fortiori hoc constabit.

Difficultas ergo est, quam hora post mediam noctem Christus Dominus resurrexerit. In qua tres inuenio celebres sententias. Prima negat quicquam posse in hoc certo affirmari. Quia Evangelistæ solū referunt, mulieres venientes summo mane ad monumentum inuenisse reuolutum lapidem sepulcri, & vidisse Angelos annuntiantes Christum resurrexisse, & paulo post vidisse ipsum Christum: de hora verò, in qua surrexerat, nec Christus aliquid reuoluit, neque Angeli annuntiarunt, neque Evangelistæ scripserunt. Ita sentit Dionysius Alex. in dicta Epist. & Hieron. Epist. 150. ad Hedibiam, quæst. 6. vbi ait, *Surrexisset Dominum qua hora voluit, qua nulli mortalium cognita est*. Idem Theophylactus Marci ultimo.

Secunda sententia affirmat, Christum resurrexisse prima hora post mediam noctem, seu hora septima noctis iuxta antiquam diuisionem, seu tertia vigilia in principio iuxta aliam partitionem. Hanc sententiam ex Græcis tenent Athanasius, lib. de Virgi. seu de meditatione, in fine Gregorius Nissen. orat. 1. & 2. de resurrect. Cyrillus Alexand. lib. 12. in Ioan. cap. 4. Victor Antiochenus in cap. 6. Marc. Euthym. cap. 68. in Matth. qui dicit. *Omnes vnanimiter Sancti Patres, & Doctores tempus resurrectionis eius fuisse dicunt circa primum gallicantum, quod iam Dominici diuitum præferebat: ideo quoque post sextam noctis horam virtutis scilicetiores soluto ieiunio latitiam auspicantur*. Nicephorus lib. 1. Hist. cap. 31. dixit surrexisse septima, vel octaua hora noctis. Ex Latinis docent eandem sententiam Hieronymus. Epist. nuper citata q. 3. & 4. & Ambrosius lib. 10. in Lucam, cap. de hora Dominicæ resurrectionis, qui solum dicit surrexisse Christum nocte seu in noctis profundo. Idem Rupert. lib. 1. de diu. offic. cap. 8. *Dominus noster media nocte de Virgine natus est, itidem vi Samson quondam obsessus ab Allophylis, media nocte, contractis portis inferi, surrexit à mortuis, media nihilominus nocte venturus asseritur*. Idem lib. 5. cap. 24. & lib. 7. cap. 16. vbi Samsonis figuram iterum repetit. Quæ etiam de resurrectione Christi explicans Gregorius ho. 21. in Euang. dicit Christum resurrexisse ante lucem: non tamen explicat, qua hora noctis. Fundamentum potissimum prædictorum Patrum sumitur ex verbis illis Mat. vl. *Vesperti autem Sabbathi, qua lucefacti in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, &c.* Nā illis verbis dicunt signatam esse à Matthæo horam resurrectionis Dominicæ, ut subiuncta verba declarant, *Et ecce terræ motus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de cælo. Ut enim notauit Chrysostomus hom. 90. in Matth. quando Angelus descendit, iam Christus resurrexerat*. Non enim Angelus reuoluit lapidem, ut Christus exiret, sed ut mulieres ingredi possent, & ut omnibus nota esse posset CHRISTI resurrectio. Nam (ut recte dixit Euthymius supra) *Quem*

Dion. Alex.

Dion. Alex.
Hieronymus.
Theoph.Athanasius.
Greg. Nys.
Cyrillus.
Alex.
Vict. Ant.
Euthym.Nicephorus.
Hieron.

Ambrosius.

Rupertus.

Gregorius.

Matth. 13.

Chrysostomus.

Euthymius.
Quem

Quemadmodum Christus natus est seruatus integris claustris A Virginis, ita quoque resurrexit seruatus integris monumenti signaculis: terra motus autem factus propter resurgentes (sepulchro custodes, &c. Cum ergo Matth. dicit, Et ecce terra motus factus est magnus, iam Christus resurrexerat. Dixit autem hoc de illa hora, quam vocauerat vespere Sabbathi. Quo certe nomine non potuit appellare auroram diei Dominici (vt per se constat) neque etiam illam vespere Sabbathi, quæ incipit in occasu solis, quia constat, tunc Christum non resurrexisse: ergo appellauit vespere Sabbathi ipsam profundam noctem, quæ iam vergit ad lucem alterius diei, vt significauit Matthæus illis verbis. *Quia lucebat in prima Sabbathi*: Hieronym. supra, non existimat esse legendum, *vespere*, sed *sero*, vt *sero Sabbathi*, dicatur extrema eius pars, quæ in media nocte terminatur. Atque idem sentit Ambrosius supra. Cui expositio- ni consonat, quod dicit Ioann. capit. 20. venisse Mariam Magdalenam ad monumentum, cum adhuc tenebra essent, & vidisse lapidem sublatum: iam ergo surrexerat Christus ante lucem diei. Vnde fit coniectura, paulo post mediam noctem Christum surrexisse, quia eo tempore fere hora quarta incipit lucere dies. Et confirmatur hæc sententia ex veteri Ecclesiæ consuetudine. Nam post mediam noctem solebant fideles soluere ieiunium, officium Missæ exordiri, & magna signa lætitiæ, & alacritatis exhibere. Censebant ergo ex communi traditione illam esse horam, in qua Christus surrexit. Vnde in benedictione cerei Paschalis quæ initio illius officij Sabbatho Sancto dicitur, & olim post mediam noctem dicebatur, magnis laudibus effertur nox illa, quæ sola nouit punctum, & horam, in qua Christus ex inferis victor ascendit.

Tertia tamen sententia verior est, iuxta quam dicendum cenſeo, Christum non resurrexisse vsque ad auroræ, surrexisse autē in ipsa aurora paulo post initium lucis diei Dominici. Hanc sententiam docuit hic D. Thomas ad tertium, & supra quæſtione 51. artic. 4. ad 3. & in 3. distinctione. 21. quæſtione. 2. artic. 2. vbi & Scholaſtici in diſtinct. 22. præſertim Bonauentur. Richard. Durand. & Paludan. eam ſequuntur, & D. Antonin. 1. part. Hiſtor. tit. 5. ca. 7. vbi dicit Christum resurrexiſſe decima hora noctis iuxta antiquam diuiſionem. Guilelmus Durandus in rationali diuini officij libro ſexto, capite 72. Et probari poteſt hæc ſententia primo authoritate Eccleſiæ, ac veterum Patrum, quæ eam docent. Ex Græcis Ignatius epistol. 5. ad Trallianos, *Illuſcente Dominico die resurrexit ex mortuis*. Eusebius 10. de Demonſt. cap. vltim. ita exponit titulum Pſalmi 21. *Pro ſuſceptione matutina*, quem de reſurrectione intelligit, quam dicit vocari matutinam, quia in ipſa aurora facta eſt, & Cyrill. Ieroſolym. cat. 14. ita exponit verba illa Pſalmi. 29. *At vespere demorabitur ſletus, & ad matutinum lætitia*, id eſt, mane in die reſurrectionis: & infra, ad eandem rem accommodat verba illa Pſ. 87. *Ex ego ad te Domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te*: & illud Sophoniæ. 3. iuxta Septuaginta. *Preparare, conſurge diluculo, expecta me: dicit Dominus in die reſurrectionis mee*. Communior vero eſt hæc ſententia inter Patres Latinos, Hilarius can. 33. in Matth. dicit motum terræ tempore matutino diei accidisse, reſurgente virtutum celeſtium Domino. Amb. exponens illa verba Pſalmi. 45. *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, dicit his verbis ſignificari, *Quia reſurrectio matutina adiumentorum nobis celeſtium ſubſidia conſert*. Et infra, *Vespere poſſus eſt Chriſtus, mane ſurrexit*. Auguſtin. ſepe hanc ſententiam repetit. 4. de Trinitat. cap. 6. & enarratione Pſalmi 29. circa illa verba. *Ad vespere demorabitur ſletus, & ad matutinum lætitia*, inquit, *Ideo Dominus Ieſus Chriſtus in matutino reſurrexit de ſepulchro, vt quod dedicauit in fundamento hoc promitteret domui*. Epistol. 49. quæſt. vltim. vbi exponit. *vermem matutinum, quo rodente, cucurbi-*

ta exaruit, myſticè ſignificaffe Chriſtum, qui ver- mis appellatur Pſal. 21. Præterea ſuper Pſal. 56. de eodem myſterio exponit verba illa, *Exurge gloria mea, exurge Pſalterium, & cybara, exurgam diluculo*. Lux (inquit) agnoſcetur, diluculum ſurrexit. Et circa illa verba Pſal. 58. *Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane miſericordiam tuam*. Merito (inquit) ipſius Domini reſurrectio diluculo fuit, vt impleretur quod dictum eſt in alio Pſalmo: *Ad vespere demorabitur ſletus, & ad matutinum lætitia*. Et Pſal. 129. circa illa verba, *A vigilia matutina vsq. ad noctem ſperet Iſrael in Domino*, Vigilia (inquit) matutina reſurrexit à mortuis, vt hoc ſperemus in nobis futurum, quod præſtiti in Domino. Eandem ſententiam docet Leo Papa ſermon. 1. de reſurrect. cuius verba poſtea referam, & Cyprian. in expoſitione orationis Dominicæ prope finem, dum inquit, *Mane orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur*. Et Euseb. Emiſſen hom. 8. de Paſchate, vbi de hoc myſterio interpretatur figuram Iacob luctantis cum Angelo vsque ad auroram. Et Hieron. Marc. vltimo. *Felix (inquit) irradiat dies, quæ primatum in diebus tenet, &c. quomodo etiã cecinit Sedulius lib. 4. Carminum*.

*Caperat interea poſt triſtia Sabbathæ ſælix
Irradiare dies, culmen, qui numinus alti
A Domino dominante trahit, primuſq. videre
Promeruit naſci mundum, atq. reſurgere Chriſtum.*

C Et in eodem ſenſu dixit Prudentius in quodam hymno.

*Inde eſt quod omnes credimus
Illo quieto tempore
Quo gallus exultans canit,
Chriſtum rediſſe ex inferis.*

Vbi loquitur non de primo galli cantu, qui fit poſt mediam noctem, ſed de ſecundo, de quo idem Prudentius alibi dixerat.

*Alas diei nuntius,
Lucem propinquam cecinit.*

Item Proſper lib. ſententiarum, Auguſtin. in ducentiſima tertia, *Vespere (inquit) Dominus in cruce, Beda. mane in reſurrectione, meridie in aſcenſione*, Beda, Marc. & Luc. vltim. & circa id Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti, vbi idem docet Anſelmus, & Alcuinus*, lib. de diuiniſ officijs, cap. de Paraſceue. Deniq. ſententiam hanc videtur Eccleſia probaſſe in officio reſurrectionis, Nam in hymno.

*Aurora lucis rutilat, & infra.
Cum Rex ille fortisſimus
Victor ſurgit de ſenere.*

Secundo, ac præcipuè probari poteſt hæc opinio ex Scriptura, ex qua multa adduci poſſunt ex veteri teſtamento, in quibus hoc indicatum eſt, qualia ſunt multa quæ ex Pſalmis adduximus cum interpretatione Auguſtini, quæ eodem modo intelligunt Hieronym. Chryſoſt. & alij Patres. Sed omiſſis ſenſibus myſticis Scripturæ, videtur hæc ſententia expreſſe tradita Marci vltimo, illis verbis, *Surgens autem Ieſus mane prima Sabbathi, apertuit prius o Mariæ Magdalene*. Sed hoc teſtimonium, quantum expreſſu videatur, varijs modis eluditur, Theophylactus enim, & Euthymius ita diſtinguendum putant, cum ſurrexiſſet, mane prima Sabbathi, apparuit, & rationem indicat Theophyl. dicens. *Quis enim vidit, quando ſurrexit? Ac ſi diceret, Euangelista non potuiſſe teſtimonium dare de hora reſurrectionis, quia nemo vidit Chriſtum reſurgentem: potuiſſe autem dare teſtimonium, quæ hora apparuit, quia eum iam à mortuis excitatum aliqui conſpexerunt*. Sed in primis hæc ratio valde friuola eſt. Quia Euangelista non

Hieron.

Ambros.
Ioan. 20.Hora reſur-
rectionis
Chriſti quæ.
D. Thom.
Bonauent.
Richard.
Durand.
Paludan.
Antonin.
Guilelm.
Durand.Ignat.
Euseb.
Pſalm. 21.Cyrillus
Ieroſolym.
Pſalm. 29.Pſalm. 87.
Sephon. 3.

Hilar.

Ambros.
Ioan. 30.

Pſalm. 21.

Pſalm. 58.

Pſalm. 129.

Leo Papa.
Cyprian.Euseb. Emiſſ.
Genef. 32.
Hieron.
Sedul.

Prudent.

Auguſt.
Hieronym.
Chryſoſt.
Marc. 6.

Theoph.

non sunt vñ testimonio mere humano, vnde ab ipso Christo scire potuerunt horam resurrectionis eius, alias neq; potuisset Marcus affirmare, Christum primo apparuisse Mariæ Magdalene, quia neq; ipse nec Maria Magdalena viderunt, eam fuisse primam apparitionem. Quomodo enim illis constitit, non prius apparuisse alteri? Et de quocunq; cui Christus apparuit, idem queri potest. Vnde soli Christo potuit esse notum, cui primo apparuit: aliis verò tantum ex illius relatione. Et ita ego existimo, sicut B.

Testimonij
Marc. 16.
Expositio.
Dion. Alex.
Gregor.
Nyssen.
Hieron.
Beda.

Virgini simpliciter primo apparuit ita etiam illi hoc manifestasse, horamque resurrectionis suæ: & ab illa didicisse Petrum, & à Petro Marcum. Deinde quamuis ille modus distinguendi contextu Marci receptus videatur ab antiquis Patribus, Dionysio, Alex. Gregorio Nysseno, Hieronymo, & aliis, quos supra retulimus, nec possit evidenti argumento refutari: tamen alia distinctio, quam sequuntur Beda, & reliqui expositores, & communis editio tam Græca, quam Latina, videtur aptior. Quia hoc modo duo mysteria affirmantur hic ab Evangelista, scilicet, quando Christus surrexit, & cui primo apparuit, quæ maximè oportebat ab Evangelistis describi. Iuxta aliam verò distinctionem utrumque prætermittitur, & incertum redditur: quia (vt bene Caietan. notauit) neque constabit primam apparitionem post resurrectionem factam esse Magdalene, sed primam, quæ facta est post auroram, si autem Christus surrexit media nocte, potuit aliis sæpius apparere tota illa nocte. Neque etiam ex tota Evangelistarum narratione constare poterit Christum resurrexisse tertia die, sicut prædixerat: sed excitatum apparuisse tertia die. Ergo illud adverbium *mane*, multo rectius coniungitur cum verbis præcedentibus, *surgens Iesus*.

Caietan.

Iansen.
Obiectio.

Nec refert quod Iansen. obijcit c. 145. Concordiæ, in Græco non haberi participium præsentis temporis, *surgens*, sed præteriti temporis, quod ita interpretatur, *cum surrexisset mane*. Vnde colligit, etiam si illud adverbium, *mane*, cum participio coniungatur, non satis inde probari, Christum mane surrexisse: sed solum, quod cum mane factum est, iam surrexerat, quod esset verum, etiam si media nocte surrexisset. Hæc inquam, nihil obstant, cum quia Vulgatus interpres verum sensum affectus optime vertit, & huic lectioni standum est. Tum, quia reuera etiam iuxta textum Græcum (nisi is alio detorqueatur, & non potius simpliciter explicetur) idem sensus redit. Idcirco namq; dicitur, *cum surrexisset Dominus mane, apparuit Magdalene*, quia sermo est de re præterita, quæ facta est mane, non quia, cū factum fuit mane, iam fuisset præterita. Hic enim sensus inusitatus est, & impertinens. Quid enim oportuisset referre, tempore matutino iam resurrectionem fuisse factam, si non signabatur tempus, quo facta est? Prior verò sensus vñtatus, & proprius, & ad historiæ narrationem maximè pertinens.

Euseb.
Euthym.

Alio tandem modo responderi potest ex Euthymio, Marcum quidem dicere, Christum resurrexisse *mane*, id est, matutino tempore: matutini autem tempus incipere à media nocte. Quia extunc incipit sol ad nos recurrere, nobisq; appropinquare. Sed hoc etiam est contra verborum propriam significationem. Nam *diluculum*, seu *mane*, propriè significat tempus auroræ, quod per horam, & dimidiam, & ad summum per duas horas, durat ab eo tempore, quo incipit clarescere dies, paulo post ortum Luciferi vsque ad ortum Solis. Et hæc est propria significatio illius vocis, quam corrumpere, & ad alios inusitatos sensus detorquere, est veritati historiæ derogare.

Leo Papa.

Vltimo possumus rationem adiungere. Quia Christus debuit tertio die resurgere: sed hoc intelligendum est non solum de die naturali, sed etiam artificiali: ergo nõ debuit resurgere vsq; ad inchoatam

A auroram Domini diei. Nam si surrexisset noctu, surrexisset quidem tertia die naturali, quæ inchoatur à duodecima hora noctis: non tamen surrexisset tertio die artificiali, qui incipit in luce diei. Minor propositio (in qua est difficultas) declaratur ex alijs locis Scripturæ, in quibus dicitur Christus futurus in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. In illis enim sermo est de diebus artificialibus, cum à noctibus distinguantur: ergo necesse est Christum fuisse in corde terræ tribus diebus artificialibus, vel aliqua parte eorum: vnus autem dies, fuit dies Veneris, in cuius parte vltima mortuus fuit: secundus autem fuit totus dies Sabbathi. Oportuit ergo, vt die Dominica artificiali, vel in aliqua parte illius in sepulchro, & in corde terræ fuerit, ergo non debuit resurgere, vsque ad inchoatam diem Dominicam artificialem. De qua ratione dicemus plura in Sectione sequenti. Eam vero colligo ex Leone Pap. ferm. 1. de resurr. illis verbis. Vnde, ne turbatos discipulorum animos longa morositas cruciaret, denunciatam iridui moram, tam miraculose breuiat, vt dum ad integrum secundum diem pars primi nouissimi, & pars tertiæ prima concurrat, & aliquantulum temporis spatio decideret, & nihil dierum numero deperiret.

Ad fundamenta ergo primæ sententiæ ex dictis respondetur, horam resurrectionis Christi fuisse matutinam ex Scripturis colligi, vt à nobis declaratum est. Patres verò ibi citati exponi possunt de hora, & puncto indiuisibili Resurrectionis Christi, hoc enim modo incognitum est nobis tempus resurrectionis. Nam licet dicamus, Christum resurrexisse post inchoatam lucem diei Domini: ignoramus tamen, quantum temporis illius diei fuisset transactum, quanuis verisimilius sit fuisse ante ortum solis, id est, antequam ipse sol videretur super terram & paulo post initium auroræ, in qua sola erem illuminare incipit.

Circa fundamentū secundæ sententiæ, exponenda in primis sunt obscura illa verba Matthæi. *Vespere autem Sabbathi, quæ lucebat in prima Sabbathi*. Quorum duplex potest esse expositio. Prima est, vt *vespera Sabbathi* significet tempus vespertinum, quod est ab occasu solis in fine diei Sabbathi. hæc enim significatio *vespera* propriissima est. Solum potest ob stare, quia huiusmodi *vespera* non lucebat in sequenti die, qui multum ab eâ distat: sed tenebre scit potius in nocte proximè sequenti. Ad hoc verò dicitur, verbum *lucere*, non significare ibi initium diei artificialis, sed initium diei legalis, qui in ordine ad festiuitates à vespera in vesperam computabatur. Itaq; sensus erit, in vespera Sabbathi, quando festiuitas Sabbathi finiebatur, & prima dies post Sabbathum illucescebat, id est incipiebat, *Veni Maria Magdalena, &c.* Quæ expositio illius verbi, *lucere*, optime confirmatur ex Luc. 23. *Dies parasceues, & Sabbathum illucescebat*. Loquitur enim ibi Lucas de fine diei parasceues, & initio Sabbathi. Dicitur ergo *illucescere Sabbathum*, quia iam aduentabat, & incipiebat. Quamuis enim initium huiusmodi diei legalis sumeretur potius in recessu lucis, quam in eius reditu, seu initio: tamen, quia incipiebat in crepusculo noctis in eius initio, quando lumen aeris nouo quodam modo esse incipit, quam antea esset in præsentia solis, ideo verbum *illucescendi* translaturum est ad significandum illud crepusculum, quod erat initium diei legalis. Nec refert quod Lucas dicat, & Sabbathum illucescebat, quod propriè significat initium Sabbathi: Matthæus autem dicat, *Quæ lucebat in prima Sabbathi*, in quo potius videtur dicere ipsam vesperam Sabbathi tunc incepisse, quæ diem sequentem quia reuera in idem redit. Nam vespera propriè dicta pro crepusculo noctis simul incipiebat cum sequenti die legali, & è contrario, & ideo tam vespera, quam dies dici potest lucere, cum incipit. Quia tamē hæc vespera finis est (vt ita dicā) extrinsecus præcedentis diei, & initium ac pars sequentis diei.

Testimonij
Matth. 28.
1. expositio.

Luc. 23.

Vespera Sabbathi lucebat
reimprimam
Sabbathi,
quid.

tis diei legalis, ideo ex præcedenti die tanquam ex termino, à quo dicitur *vespera Sabbathi*: ex sequenti autem die dicitur *lucere in prima Sabbathi*, id est in initio eius, *vel in primam Sabbathi* (vt habent Græci) tanquam in terminum, ad quem tendit illa *vespera* legalisque diei initium. Ita exposuit hunc locum Iansen. cap. 145. Concord. Et re ipsa eandem expositionem amplectitur Marcell. cap. 88. de horis canonicis & nonnulla de hac re diximus agentes de tempore mastrationis agni Paschalis. Et quidem quantum attinet ad præcisam expositionem illorum verborum, videtur probabilis hæc expositio.

Est tamen difficile explicatu, quomodo in hoc sensu vera sint sequentia verba, *Venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum*. Non enim est verisimile, eas mulieres iuisse ad sepulchrum in ipso Sabbatho, in occasu solis. Quia alij Euangelistæ dicunt iuisse in aurora diei Dominicæ, & illuc peruenisse orto iam sole. Nec satis facit, si quis respondeat cum Hieronymo in Matthæum has mulieres crebro iuisse, & rediisse ad sepulchrū, & ita potuisse ire Sabbatho in solis occasu, atque iterum redire postea in aurora diei Dominicæ, hoc (inquam) non satis facit. Primo, quia illa sententia Hieronymi (vt infra videbimus) est dubia, & in præsentem non videtur posse accommodari. Certum enim est saltem in illis primis verbis Euangelistæ loqui de prima profectione Magdalene, & aliarum mulierum ad monumentum, vt ex ipsis verbis constat, & latius infra dicemus. Deinde quia statim Matthæus subdit, *& terra motus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de calo*, qui Angelus paulo inferius dixit mulieribus, *Surrexistis sicut dixit*, & paulo post, dicitur Iesus apparuisse eisdem mulieribus. Ex qua serie narrationis aperte constat hæc omnia accidisse in illo tempore accessu mulierum ad sepulchrum, quem Matthæus narrat. Sed non potuit fieri, vt Angelus & Christus apparuerint mulieribus in *vespera Sabbathi* prædicto modo explicata. Alioquin surrexisset Christus ante noctem, quæ diem Dominicam præcedit, quod hæreticum est: ad hanc vero difficultatem respondet Iansenius, cum Matthæus dicit, *Et venit Maria Magdalena, &c.* non esse intelligendum illa *vespera* venisse ad sepulchrum, sed in ea *vespera* coepisse præparare aromata, & reliqua necessaria, vt statim oportuno tempore iret ad sepulchrum simul cum alijs mulieribus, quæ ab eo tempore simul conuenerunt, vt, cum tempus adinuisset, protinus sepulchrum adiret, ita vt in illo dicendi modo intelligatur Matthæus inuoluntate referre, quod Marcus cap. 16. clarius explicuit dicens.

Cum transisset Sabbathum, Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum, & valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum. Quod etiam retulit Lucas verbis parum dissimilibus. Iuxta quam expositionem facile constat, locum illum Matthæi nihil fauere secundæ opinionioni. Quia vel nimium probat, scilicet surrexisse Christum in Sabbatho ad occasum solis, vel (quod verum est) nihil probat: quia ibi non designatur hora in qua Christus resurrexit: sed in qua mulieres coeperunt præparare iter ad sepulchrum. Solum illud superest semper in hac expositione difficile, quod valde improprie exponitur illud verbum, *venit Maria Magdalena &c.* vt scilicet dicatur tunc venisse, quia tunc coepit præparare aromata. Propter quod posset aliquis dicere, ea quidem *vespera* coepisse mulieres ire, id est, domo exiisse, & iter inchoasse: non tamen peruenisse usque ad auroram, vel si noctu peruenierunt ad sepulchrum, illic expectasse, donec luceret dies, tuncque accidisse, quod Matthæus subiungit, *Et ecce terramotus factus est magnus*. Sed verumque horum est per se incredibile, & faciliere refellitur ex verbis Marci, & Lucæ supra citatis, & Ioan. ca. 20. Ex quibus habetur, mulieres non tantum peruenisse, sed venisse etiam summum inanē

A diei Dominici: prius verò solum præparasse aromata, vt postea ad sepulchrum accederent.

Secunda expositio est vt *vesperam Sabbathi* appellauerit Matthæus noctem illam, quæ intercedit inter artificiales dies Sabbathi, & Dominici, quam ab utroque extremo nuncupauit. Nam à præcedenti die vocat *vesperam Sabbathi*, à die autem sequenti dicit, *quæ lucet in prima Sabbathi*. Et iuxta hanc expositionem omnia verba propriissime sumuntur. Frequens est enim in Scriptura, vt tota nox *vespere* appellatione comprehendatur. Gene. 29. *Vespere iam filiam suam introduxit ad eum*. *Lucere* autem proprie dicitur nox, quando tenebræ expelli incipiunt, hoc autem in nocte Sabbathi tunc fit, quando Dominica die lucere incipit, & ideo propriissime dicitur ea *vespera* *lucere* in ea die seu in eam diem. Dicit ergo Matthæus in hac *vespera*, seu in hac nocte venisse mulieres, quia in ea coeperunt ire ad monumentum, non tamen declaratur, in qua parte illius noctis venerint. Voluntarie ergo exponitur, venisse in tempesta nocte, potius quam ineunte, vel certe exeunte. Nam ex vi illius verbi per se sumpti nihil horum affirmari potest. Quia, quod fit in aliqua parte noctis, dici potest absolute fieri in ea nocte, siue fiat initio, siue in medio, siue in eius fine. Quamquam autem ex solis verbis Matthæi nihil horum colligatur, tamen ex alijs Euangelistis aperte constat huc accessum mulierum fuisse in fine illius noctis instante iam die. Quod patet ex verbis Ioannis, cap. 20. dicens. *Vna autem Sabbathi venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum*. Nam ex illis verbis, *adhuc tenebræ essent*, constat adhuc durasse tempus noctis: cum vero dicit, *mane*, satis declarat illud tempus noctis fuisse proximum auroræ, quando iam nox incipit deficere in diei crepusculo. Et fortasse ad hoc etiam significandum addidit Mat. illa verba: *Quæ lucet in prima Sabbathi*. Quia nimirum id quod narrare aggrediebatur, tunc accidit, quando dies *lucere* incipiebat. Hæc expositio, vt posita est, conformis est Augusti, & probabilis. Obiici verò contra illam potest, quia in Matthæo non habetur nomen *vespera* sed aduerbium *vespere*, Græcè ὥρα. Non ergo pro nocte sumi, nec relatiuum illud, *quæ*, *vesperam* seu noctem potest referre. Præterquam quod raro, aut nunquam *vespera*, in Scriptura nocte significat: sed pomeridianum diei tempus. Quare non displicet (quod supra ex Hieronymo, Ambrosio, & retulimus) *vespere* hoc loco idem esse, quod *sero*, & significare extremitatem autem Sabbathi. Ita tamen, vt per Sabbathum integrum naturalem diem intelligamus: qui (vt aliqui volunt,) vel computabatur olim ab aurora vsque ad finem noctis sequentis quod ad communem usum, quem Matthæus seruauit, vel certe ratione vnius partis sumptum est *vespere* pro tota illa nocte, & ita idem redit sensus.

Ex quo non solum expeditur fundamentum prædictæ sententiæ, sed etiam intelligitur optime concordia omnium Euangelistarum, quod attinet ad hanc primam partem narrationis huius historiæ dominicæ resurrectionis. Nam de Matthæo, & Ioanne iam diximus, idem vero est, quod Lucas ait, *Valde diluculo*. Marcus vero etiam dicit, *valde mane*, subiungit verò statim, *orto iam Sole*. Quod dupliciter intelligi potest. Primo, quod mulieres summo mane, cum adhuc essent tenebræ, egressæ fuerint, vt irent ad monumentum, peruenierint autem ad illud *orto iam sole*, id est, cum ipsum corpus solare iam supra horizontem ascendere, vt exponit Dionysius Alexand. supra. Vel aliter, cum Augustino, Theophylacto, Euthymio, vt sol dicatur oriri, cum incipit illuminare terram, etiam si supra horizontem non appareat. Quæ expositio, sicut communior est, ita videtur probabilior. Quia Ioannes dicit mulieres venisse ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent. Et quamuis non oporteat, illuc peruenisse durantibus

Secunda expositio probatur.

Ioan. 20.

Augusti.

Luc. 24. Marcus 6.

Dionys. Alex. August. Theoph. Euthym.

Iansen. Marc.

Obiectio.

Hieron.

Matth. 28.

Responsio.

Marc. 16.

Luc. 24.

Ioan. 20.

tenebris, maxime cum statim dicat idem Ioannes, eas vidisse lapidem sublatum, quod non poterat fieri sine luce diei: tamen etiam non est verisimile, moras fuisse in eo itinere usque ad ascensum solis supra horizontem, nimirum tempore duarum horarum. Dicitur ergo, peruenisse *orto iam sole*, quia claritas eius sufficiens aerem illuminabat, quod facilius intelligitur, si cum Augustino legamus, *Oriente iam sole*, quam lectionem Græcus aoristus optime admittit. Hoc autem Marcus diserte explicuit, ut significaret, fuisse illud tempus aptissimum, ut sine errore possent clare conspiciere omnia, quæ in monumento Domini mulieres viderunt. Nisi quis velit dicere cum Petro Chrysologo *term. 82. Solē, qui præter horam, ut Domino compateretur, abscesserat, claritate, cum resurgeret Dominus, ante tempus occurrisset: & qui, ut suo commoveretur auri, suam meridianam mortificauerat claritatem, ut resurgeret auri suo, euitis tenebris ante lucem erupisset*. Sed hæc secundum quandam exaggerationem, & amplificationem Rehorum, potius quam secundum historię veritatem dicta videntur. Assignata ergo expositio solida est, & tota consentanea D. Tho. hic ad. 3. & infra q. 83. art. 2. ad 4. quam sumpsit ex Aug. lib. 3. de consensu Evangel. c. 24. & eandem sequuntur Beda, Anselm. & alij in Matth. Theophyl. etiam & Græci nobiscum in hoc conueniunt, quod per *vesperam* intelligunt noctem Sabbathi, licet in hora designanda discrepent.

D. Thom.
August.
Beda
Anselm.
Theoph.

Obiectio.

Responsio.

Iansenius vero supra, nonnulla obijcit contra expositionem Augustini, quæ parui momenti mihi videntur. Præcipuū est, quia *vespera Sabbathi* ad Sabbathum pertinebat, tanquam pars eius. Ideo enim *vespera Sabbathi* appellabatur. Ergo non potest proprie explicari de nocte sequenti, sed de fine ipsius diei Sabbathi. Respondetur, quod Sabbathus, licet quoad observationem legalem fineretur in occasu solis tamen naturalis (ut ita dicam) duratione, atque adeo communi loquendi modo protenditur usque ad dimidiam noctem, & ideo tota illa nox propriissime dicitur *nox Sabbathi, seu vespera Sabbathi*. Sicut Exo. 12. *vespera, in qua Iudæi comedebant agnum, dicitur vespera decimæ quartæ lunæ, quia secundum computationem naturalium dierum, ad eam pertinebat, quamuis iuxta computationem legalem spectaret ad decimum quintum diem. Quamuis autem ea pars noctis, quæ est à media nocte usque ad diluculum, iam non pertineat ad naturalem diem Sabbathi: tamē quia continuē succedit priori parti noctis, & vnam noctem cum illa componit, ideo tota illa nox per modum vnius attribui potest præcedenti diei, quamuis interdum illa pars noctis applicetur diei sequenti, quatenus cum eo componit vnum diem naturalem, cuius initium à media nocte sumitur. Notat autem Augustinus, Matthæum nominasse hanc vesperam à Sabbatho præcedenti, ut indicaret tempus, in quo, & ex quo licuit mulieribus præparare aromata, aliaque necessaria disponere, ut irent ad monumentum. Vnde facile constat in re & in sensu, parum differre hanc expositionem à prima, solumque esse discrimen in vnius, vel alterius vocis interpretatione.*

Nox antever-
surrectionis
diem celebra-
sim, ac festi-
ma, cur.

Ad aliud fundamentum sumptum ex Ecclesiæ consuetudine responderetur breuiter, fideles Sabbatho sancto usque ad mediam noctem ieiunare solitos, quia totus ille dies tristitia, ac mortis est, quia in toto illo Christus non resurrexit: solui autem posse ieiunium à media nocte, non quia in illa hora Christus resurrexit, sed quia paulo post intra illum naturalem diem resurrexit, propter quod totus ille dies festiuus habetur, cuius festiuitas à media nocte computatur. Quod autem hæc consuetudo non fuerit introducta, eo quod exultarent fideles Christi hora duodecima noctis surrexisse, patet: tū ex eo quod Dio. Alexand. supra refert, multos solitos esse

Dion Alex.

Requæz. tom. 2.

A perseverare in ieiunio, & vigilia usque ad quartam noctis vigiliam: tum etiam ex eo, quod Missæ Paschalis, & cantica lætitiæ, ut *Gloria, Alleluia*, non solebant in Ecclesia cantari usque ad diluculum: vel prope. Quod verò Ecclesia in officio Sabbathi sancti, noctem illam magnis efferat præconijs, non ideo est, quod Christus media nocte surrexerit: sed quia in fine illius noctis, cum adhuc aliqua ex parte duraret, Christus reuixit: illud enim primum diei crepusculum, vox appellari potest (ut D. Thom. sup. notauit,) quia nondum sunt omnino expulsæ tenebræ quamuis iam sol lucere incipiat.

D. Thom.

SECTIO III.

Quot fuerint transacta hora à morte Christi usque ad resurrectionem, atque adeo quomodo Christus tribus diebus, ac noctibus mortuus iacuerit.

Propōnimus hæc duo simul tractanda, quia inter se connexa sunt. Prior igitur pars facile ex præcedenti quæstione definiri potest.

Dicendum est enim à morte Christi usque ad resurrectionem ferè quadraginta horas intercessisse, quibus anima eius fuit in inferno (ut supra dictum est) corpus verò ferè triginta sex horis iacuit in sepulcro. Tota hæc assertio ex communi sensu, & traditione Ecclesiæ haberi potest, & traditur ab Augustino in dialogo ad Orosium, 65. quæstionum, qu. 26. & alij locis superius citatis, quem sequuntur Beda Mat. 12. & Marc. & Luc. ult. & Ansel. super Matth. c. 12. & ult. Et explicatur ex dictis. Quia Christus mortuus est hora nona diei feriæ sextæ: resurrexit autem in aurora diei Dominicæ, id est, vel duodecima hora noctis præcedentis, vel prope illam, quia in ortu solis finitur, ergo à morte usque ad resurrectionem intercesserunt quadraginta horæ, nimirum quatuor diei parasceues, & duodecim primæ noctis sequentis, & aliæ duodecim diei Sabbathi, & aliæ duodecim noctis Sabbathi, quæ omnes quadraginta efficiunt. Ex quibus quatuor primæ partim in cruce post mortem elapsæ, partim in funere curando consumptæ sunt, reliquis verò triginta sex iacuit in sepulcro secundum corpus: secundum animam autem (quæ statim post separationem à corpore descendit in infernum, & inde non exiit, donec ascendit, ut suo corpori vniretur) omnibus quadraginta horis mansit in corde terræ.

Hora à morte Christi usque ad resurrectionem elapsa quot.
Aug.
Beda.
Ansel.

Est autem circa hoc obseruandum, in his horis computandas esse duas extremas, in quibus mors, & resurrectio factæ sunt, ut constabit facile computando numerum prædictarum horarum, ex quo necessario sequitur, has horas quadraginta non fuisse integras: quia (ut supra vidimus) Christus mortuus est inchoata iam hora nona, illa ergo pars huius horæ quæ pertransiit ante mortem Christi, defuit in primis huic tempori quadraginta horarum. Rursus duodecima hora noctis Sabbathi, quæ est quadagesima in prædicto numero, finitur in ortu solis id est, in ascensu corporis solaris supra nostrum horizontem, præsertim cum esset tunc tempus æquinoctij, in quo dies artificialis ab ortu ad occasum solis est æqualis nocti ab occasu ad ortum. Certum est autem ex dictis, Christum resurrexisse aliquanto tempore ante ortum solis, prædicto rigoro modo explicatum, ergo illud etiam tempus, quod fuit à resurrectione Christi usque ad egressum solis, defuit huic tempori quadraginta horarum. Vnde vterius mihi incertum redditur, an resurrectio Christi attigerit quadagesimam horam, vel tantū trigessimam nonam. Quia aurora diei albescere incipit per horam, & dimidiā ante ascensum solis supra horizontem, ergo quamuis Christus surrexerit

Tc post

post aduentum auroræ, resurgere potuit curren-
te hora vndecima noctis Sabbathi, atque adeo in tri-
gesima nona hora à morte sua. Quod etiam sit ve-
rifimile ex dictis, & ex modo loquendi Euangeli-
starum, & propter hanc incertitudinem addi in-
clusione particulâ illâ, *sepe*, quæ ita dimittit, vt ve-
ritas assertionis stare possit, etiam si illæ horæ tantum
fuerint triginta nouem. Quanquam quia proprium
& indiuisibile tempus resurrectionis nobis incertum
est, & alioqui constat testimonia resurrectionis cœ-
pisse videri paulo ante ortum solis supra nostrum
hemisphærium, morali modo loquendo de rebus,
prout in hominum notitiam cadunt, recte compu-
tatur illud tempus vsque ad vltimam horam ante
ortum solis inclusiue, & ita recte numerantur qua-
draginta horæ. Ex quibus aperte refellitur eorum
opinio, qui hunc numerum horarum augere ten-
tarunt, dicentes Christum septuaginta duabus ho-
ris defunctum iacuisse. De quorum opinione supra
in prima sectione dictum est. Et hæc de priori parte
huius quæstionis.

*Tribus die-
bus, & tri-
bus noctibus
in corde ter-
ræ Christus
fuit.
Chrysost.
Euthym.*

Circa secundam partem simpliciter dicendum
est, Christum fuisse in corde terræ tribus diebus, &
tribus noctibus: siue hoc exponatur ratione animæ
existentis illis diebus in inferno, vt Patres frequen-
tius exponunt, quos supra retulimus disputantes de
descensu Christi ad inferos: siue ratione corporis
iacentis in sepulcro, vt exponunt Chrysostomus. hom. 44.
in Matth. & Euthym. cap. 23. Neutra enim exposi-
tio ad præsens refert, quamuis prior commodior sit,
vt in superioribus dixi. Assertio ergo posita est de fi-
de. Quia sub eisdem verbis habetur expresse Matth.
12. vbi etiam præfigurata dicitur hæc veritas in Iona,
qui fuit in ventre piscis tribus diebus, & tribus nocti-
bus. Quam prophetiam eleganter tractat Iren. lib. 3.
contra hæres. c. 22. & lib. 5. c. 5.

*Matth. 12.
Ioan. 2.
Iren.*

Difficultas autem magna est in explicandis his
tribus diebus, & tribus noctibus: quia quadraginta
horæ, quibus tantum diximus, Christum iacuisse
mortuum, non videtur tot dies, ac noctes posse cō-
ficere. Quæ ratio mouit eos, qui septuaginta duas
horas huic tam diu tribuerunt, quorum sententia
satis reiecta est. Alios verò compulit, vt dicerent re-
uera Christum non fuisse in corde terræ tribus die-
bus, & tribus noctibus. Quod ita aperte docet Eu-
thym. c. 68. in Matt. Dicit enim tres illas noctes fuisse
implendas in nocte diei Dominicæ, in qua Christus
resurgere constituerat: breuius tamen tempus il-
lud, quia Iudæi decreuerant non custodire sepulcrum,
nisi vsque ad occasum solis diei Dominicæ. Opor-
tuit autem ipsum resurgere antequam custodes sep-
ulcri tollerentur, vt omnis Iudæorum contra-
dictio, & tergiversatio excluderetur. Quod si obij-
cias hoc modo falsam reddi Christi sententiam. Re-
spondet non esse falsam. Nam qui implet promissum
ante tempus, quod designauerat, non est infidelis,
sed liberalis. Sed hoc non satis facit, quia saltem pro-
phetia esset falsa, qua simpliciter prædictum est, Chri-
stum futurum in corde terræ tribus diebus, & tribus no-
ctibus. Nisi fortasse dicat, non fuisse absolutam pro-
phetiam, sed conditionatam. Quod est contra omni-
um patrum intelligentiam, & contra figuram,
quæ in Iona præcessit. Item, quia si vera est illa in-
terpretatio: non fuisset necessarium ad veritatem ver-
borum Christi, expectare tertium diem, quod ab-
surdissimum est. Deinde, vnde nouit Euthym. de-
creuisse Iudæos tollere custodiam militum ante
noctem diei Dominicæ? Nam licet dixerint Pilato:
Iube custodiri sepulcrum vsque in diem tertium, tamen
illa nox recte poterat in tertio die computari, cum
primus incepisset in nocte, quæ Sabbathum antec-
cessit, & verisimilius est, Iudæos, vt maiorem cau-
tionem adhiberent, voluisse custodire sepulcrum
vsque ad tres naturales dies integros. Denique, si
verum fuisset Iudæos hoc decreuisse, & ea ratione

Euthym.

expediens futurum erat, vt Christus antea resurge-
ret, cur non potius dicemus Deum omnia præscien-
tem prædefiniisse resurrectionem tali tempore fu-
turam? Dicerem enim prius constitutum esse vnum
tempus: postea verò breuiatum, & vix potest intel-
ligi sine mutatione, & est gratis, & sine fundamento
confictum. Supposita ergo infallibili veritate præ-
dictionis Christi, Patres variis modis difficultatem
hanc expedire conati sunt. Primus est Gregorius
Nyssenus orat. 1. & 2. de resurrectione, qui dicit hos
tres dies computandos esse à nocte cænæ, in qua
Christus sacrificauit se ipsum in mysterio. Nam ex-
tunc (inquit) anima illius erat, ubi eam potestas admini-
strantis collocaret, cum immixta sibi diuina virtute in lo-
co illo terra cordis obuersans. Sed (vt alia omittam,) cum hæc sententia metaphoricè & improprie in-
terpretetur verba Christi, non est admittenda. Quo-
modo enim intelligitur Christus in nocte cænæ
fuisse in corde terræ per Eucharistiam, nisi fortasse,
quia fuit in hominum visceribus, quod est valde
metaphoricum, & contra vim verborum; Nam
cum Christus dicit se futurum in corde terræ tribus
noctibus, loquitur vno, & eodem modo de omnibus
illis diebus, ergo non est dicendum fuisse in vno per
metaphoram, in altero per proprietatem. Denique
dies parasceues, quæ secuta est noctem cænæ, nu-
meratur iuxta hanc sententiam inter hos tres dies,
& dicitur fuisse primus illorum. Inquiro ergo quo-
modo illo die fuit Christus in corde terræ? Certè tunc
nec per Sacramentum, nec metaphoricè fuit in cor-
de terræ.

Greg. Nyss.

Secundus modus numerat etiam hos tres dies à
nocte cænæ, seu ab hora comprehensionis Christi.

Quia ex tunc dici potest fuisse occisus, & in corde ter-
ræ, quia ex tunc captus est, vt occideretur, & tradi-
tus potestati, ac desiderio Iudæorum, ac Dæmonum,
iuxta illud, Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.
Itaque dicitur Christus tribus diebus fuisse in corde
terræ, quia tribus diebus, ac noctibus fuit subiectus,
& traditus potestati, ac desiderio cordis Iudæorum,
qui erant veluti terra arida, & spinosa. Hanc senten-
tiam refert Anselmus Matth. 12. quam quidem non
improbat neque etiam vt literalem approbat, sed
post literalem, vt mysticam tradit. Habetur tamen
illa expositio, & reliquis omnibus præfertur in Ho-
milij, quæ circumferuntur nomine Eusebii Emi-
seni, homilia feria quartæ post Dominicam primâ
Quadragesimæ, insinuat etiam in lib. qui Augu-
stino tribuitur, quæstionum veter. & nou. testam. ti
quæstione 64. & eam videtur probare Caiet. Matth.
12. Nullo tamen modo probanda est. Primo quidem
propter rationes factas contra primam opinionem,
tollit enim veritatem historię, & ad metaphoras
confugit. Secundo quia etiam in illo sensu tantum
per synecdochem totum à parte numerando, nu-
merum harum dierum, & noctium explicat, hoc
autem modo potest idem numerus dierum absque
metaphora exponi, vt videbimus. Et eisdem ratio-
nibus reicitur aliorum sententia, qui licet dicant
hos dies numerandos esse ab hora sepulture Chri-
sti, aiunt tamen terminari in nocte Dominicæ re-
surrectionis, qua CHRISTVS apparuit discipulis
ianuis clausis.

Ansel.

*Euseb.
Emisen.
Aug.
Caietani.*

Quia licet Christus antea surrexisset
tamen nondum resurrectio eius fuerat satis mani-
festa, vnde iuxta hominum existimationem adhuc
manebat in corde terræ. Iuxta quam expositionem
Christus non verè sed hominum falsa existimatio-
ne, fuit tribus diebus ac tribus noctibus in corde terræ,
quod est contra veritatem verborum Christi. Præ-
terea, vel est sermo de aliquibus discipulis, vel de o-
mnibus: si de aliquibus, non latuit eos resurrectionem
tanto tempore: summo enim mane manifestata est
mulieribus, Petro, & aliis. Nam licet non omnes eo
die viderint CHRISTVM ante illam apparitio-
nem, quæ facta est ianuis clausis: aliqui tamen con-
spexerunt.

spexerunt: alij vero habuerunt sufficientia signa resurrectionis. Si autem sermo sit de omnibus, dici posset Christus multis diebus fuisse in corde terræ, quia neq[ue] apparuit omnibus illo die, neque multos post dies fuit credita resurrectio ab omnibus.

Quarto alij numerant hos dies ab hora crucifixionis Christi, primam tamen noctem appellant illas tres horas tenebrarum, quæ factæ sunt Christo in cruce pendente. Ita refert Hieronymus Iona 2: non tamen approbat. Gregor. autem Nyffe. dicta oratione i. hunc etiam modum amplectitur, & coniungit suæ interpretationi, eundem sequitur Hilar. can. vlt. in Matth. Theophylact. Matth. 28. Sed (vt recte notauit August. lib. 3. de consensu Euan. cap. 24.) hæc interpretatio non est legitima. Tum quia improprie appellatur nox illud tenebrarum tempus, cum sol reuera esset in nostro hemisphærio, quamuis non luceret. Tum maxime, quia eo tempore Christus vivebat. Vnde non solum non erat in corde terræ, sed neque etiam in terra, sed potius in aere; cum esset adhuc de cruce pendens. Adde etiam iuxta hanc sententiam non vitari synecdochem, quæ posita non est necessaria alia mystica interpretatio.

Dicendum est ergo, harum trium dierum, noctiumque computationem ab hora mortis vel sepulture ad horam resurrectionis vsque iudicandam esse. Quod satis probatum est ex aliorum opinionum improbatione. Vnde fit, non posse intelligi has tres noctes, dicque de integris, neque naturalibus, vt ratio dubitandi supra facta conuincit: intelligendæ ergo sunt per synecdochem à parte totum numerando, qui modus loquendi frequentissimus est tam in scripturis, quam in alijs autoribus. Et hoc modo bene possunt tres dies in quadraginta, vel etiam in triginta sex horis comprehendi, nimirum vt dies intermedius fit inter: extremi vero secundum partes. Atque in hunc modum expedit hanc difficultatem Hierony. Iona 2. & Matth. 12. & ibi Beda Anselm. & frequentius expositores, Aug. frequenter lib. 3. de consensu Euan. cap. 24. lib. 1. questionum Euangeliorum q. 7. & lib. 3. de Doct. Christian. c. 35. & alijs locis supra citatis. Cassian. lib. 5. de Incarn. c. vlt. Beda in hom. feriæ quartæ post primam Dominicam Quadragesimæ. Et indicat haud obscure Ignat. D. Thom. Aleus. art. 4. ad 1. & in 3. d. 21. q. 2. art. 2. ad 5. & in eodem loco alij Theologi. alij verò d. 22. Alexan. Alens. 3. p. q. 20. mem. 1. art. 3.

Sed in hac sententia vnum superest explicandum, quomodo scilicet hæc figura synecdoche possit tribus noctibus applicari. Nam de tribus diebus res est facilis. Quia Christus in parte diei feriæ sextæ mortuus est & sepultus, & etiam in parte diei Dominicæ: Quia (vt vidimus) post inchoatam diei lucem resurrexit. At verò in noctibus non ita apparet, quia duobus tantum noctibus integris fuit in inferno, & maffit in sepulcro. Ad hoc tres inuenio dicendi modos. Primus est, non oportere singulis diebus, ac noctibus artificialibus partem aliquam accommodare: sed per dies naturales, atque ita in quacunque parte diei intelligi per synecdochem totum diem naturalem, & consequenter diem & noctem. Et hunc modum indicant Aug. D. Thom. & alij. Sed certe, cum Christus distinctè loquutus sit de diebus ac noctibus singula verificari oportet (si fieri potest) alioqui non fuisset tam propria locutio: Sicut non proprie diceretur Christus fuisse in sepulcro septuaginta duabus horis, eo quod illæ componant tres dies naturales in quibus saltem secundum partem Christus fuit in sepulcro.

Secunda expositio est, noctem, quæ est inter Sabbathum, & Dominicam bis computari, & pro duabus accipi, nimirum semel, tanquam noctem Sabbathi præcedentis, & iterum, vt principium Domi-

nicæ sequentis. Hanc refert, & commendat Marcellus de horis canon. c. 45. in fine, & 48. in principio. eamque explicat ex doctrina Patrum dicentium, à die resurrectionis Christi mutatum esse modum metiendi naturalem diem. Olim enim computabatur à principio diei artificialis vsque ad finem noctis ad significandum statum hominis lapsi, qui ex luce iustitiæ in noctem peccati ceciderat: post Christi vero resurrectionem cœpit computari dies ab initio noctis vsque ad diem integrum, ad designandum statum redemptionis, in quo à nocte peccati ad lucem gratiæ reducitur. Et ideo illa vltima nox Sabbathi semel computatur, vt finis temporis præcedentis, & iterum vt initium sequentis status gratiæ, qui in Christi resurrectione exordium sumpsit, vt D. Thom. in hoc articulo dixit. Hæc verò expositio mihi videtur valde mystica. Nam illa mutatio, quæ facta dicitur in computatione dierum, ad summum esse potest in modo metiendi, vel numerandi dies, quo vtuntur homines, qui extrinsece se habet ad temporis durationem, & successionem, & illam non auget, neq[ue] mutat, Christus autem Dominus loquutus est de numero dierum, ac noctium, prout sunt in temporis duratione, sibiq[ue] succedunt.

Tertia ergo, & facilis, ac literalis expositio mihi esse videtur, vnam noctem vnius diei naturalis non esse totam noctem continuam, quæ est ab occasu solis vsque ad ortum, sed duas complecti partes noctis, inter quas artificialis dies continetur, quarum altera incipit à media nocte vsque ad ortum solis, altera vero ab occasu solis vsque ad mediam noctem. Dies enim naturalis à media nocte incipit, & ad mediam vsque noctem terminatur, vt constat ex communi modo loquendi de naturalibus diebus. Propter quod cœna, quæ fit post mediam noctem ad sequentem diem spectat, & non ad præcedentem, & idem est de alijs actionibus. Quod notauit Caic. Luc. 2. vbi ex illo verbo. *Quia natus est hodie Saluator*, colligit, Christum natum fuisse post mediam noctem & similiter quia agnus Paschalis occidendus erat luna decima quarta, inde supra collegimus fuisse occidendum ante duodecimam horam noctis. Et eadem ratione Euangelistæ vocant diem illum primum Azymorum, vt supra vidimus, & Ecclesia institutionem Eucharistiæ computat factam die Iouis. Quia licet facta fuerit noctu: fuit tamen facta ante mediam noctem. E contrario verò natiuitatem celebrat vigesima quinta Decembris. Quia licet acciderit in nocte, quæ sequitur post vigesimam quartam, tamen à media nocte facta est. Propria ergo, & quasi naturalis, & maxime vsualis distinctio, & computatio dierum naturalium, à media nocte in mediam noctem intelligenda est. Vt significauit etiam D. Thom. supra q. 46. art. 9. ad 1. Et ratio etiam adiungi potest. Quia, cum dies constitui censetur ex præsentia solis: tunc merito censetur naturalis dies incipere, quando incipit sol ad nos redire: & appropinquare: incipit autem à media nocte, & vsque ad medium sequentis noctis procedit, vna ergo nox vnius diei naturalis prædicto modo computanda est. Vnde fit, primum diem, ac primam noctem mortis, & sepulture Christi durasse ab hora nona diei parasceues vsq[ue] ad horam sextam noctis, seu (more loquendi vsitato) ab hora quinta post vesperam vsque ad duodecimam horam noctis: secundam verò diem, & noctem fuisse integram à duodecima hora noctis parasceues vsque ad duodecimam horam noctis Sabbathi, tertiam vero noctem, & diem numerari à duodecima hora noctis Sabbathi vsque ad auroram diei Dominici. Et ita in vtroque extremo accipitur pars diei, & pars noctis, & recte per synecdochem verificantur tres dies, & tres noctes. Et hoc etiam modo optime considerari potest mysterium, quod præcedens sententia contemplabatur: quia primus horum dierum cœpit in die, &

Hieron.
Gregor.
Nyssen.
Hilar.
Theophyl.
August.

Tribus diebus
in corde
terra Christi
fuisse
quomodo
perhibetur.

Hieronym.
Beda
Anselm.
August.

Cassian.

Ignat.
D. Thom.
Aleus.

Dubium.

August.
D. Thom.

Marcell.

D. Thom.

Christi tri-
bus noctibus
iacuisse mor-
tuum quomodo
de verum.

Caic.

D. Thom.

Leo Papa.

Anselm.

Isidor.
Pelus.
Cas. Baron.

terminatus fuit in nocte: ultimus verò offusus à nocte est, & terminatus in die. Et ita hæc expositio non est contrario sententiæ Augustini, sed quædam maior explicatio eius. Atq; hunc etiam in modum intelligendus est Leo Papa in quibusdam verbis, quæ supra citauimus ex ferm. i. de Resurrect. vbi inquit, Nihil de dierum numero deperdisse, & dum ad integrum secundum diem pars primi nouissima, & pariterq; prima concurrat. Quæ fere verba usurpans Anselm. Matth. 12. iuxta prædictum sensum illa explicat. Nam primus (inquit) dies à parte extrema annumeratus est: dies vero tertius à parte prima. Explicans verò has partes addit, Sextæ quidem feriæ diei partem, in qua sepultus est, cum nocte & die, noctem Dominicam cum eadem die illucescente pro toto similiter accipiens, habes triduum, & tres noctes. Et eandem sententiam late explicat Isidorus Peleusiota Episcopus 144. & Episcopus 212. quem refert Cæsar Baronius tom. 1. Annal. anno 34.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus primo resurrexerit.

299.
4. d. 42. ar. 3.
q. 1. ad 3. Et
op. 3. ca. 243.
246. & 247.
fi. Et. Co. 15.
le. 3. in pri.
ad Co. 1. le. 5.



tertium sic proceditur. Videtur, quod Christus non primo resurrexerit. Nam in veteri Testamento per Heliam, & Heliseum aliqui resuscitati leguntur: secundum illud Hebræor. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit, non ergo Christus fuit primus resurgens.

3. Præterea. Matth. 27. inter alia miracula, quæ in passione Christi acciderunt, narratur, quod monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Non ergo Christus fuit primus resurgens.

3. Præterea. Sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostre resurrectionis: ita per suam gratiam est causa nostra gratiæ: secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed alij prius tempore gratiam habuerunt, quam Christus: sicut omnes Patres veteris Testamenti. Ergo etiam alij prius ad resurrectionem corporalem peruenerunt, quam Christus.

Sed contra est, quod dicitur 1. ad Cor. 15. Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium. Gl. Quia prius tempore & dignitate surrexit.

Respondeo dicendum, quod resurrectio est reparatio à morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur à morte. Vno modo solum à morte in actu, ut scilicet aliquis viuere incipiat qualitercunque, postquam mortuus fuerat. Alio modo, ut aliquis liberetur non solum à morte, sed etiam à nequitiis: & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera & perfecta resurrectio: quia quando aliquis uiuit subiectus necessitati moriendi quodam modo mors ei dominatur: secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, id est, potentialiter. Et sic patet, quod illa resurrectio, quæ eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgens: quia ipse resurgens, primo peruenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Sed de resurrectione imperfecta quidam alij surrexerunt ante Christum, ad præmonstratum quæ in quodam signo resurrectionem ipsius.

Et sic patet responsio ad primum: quia & isti qui suscitati in veteri Testamento sunt, & illi qui suscitati sunt à Christo, sic redeunt ad vitam, ut iterum moriantur.

Ad secundum dicendum, quod de illis qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio: quidam enim asserunt, quod redeunt ad vitam tanquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quam si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hieron. dicit super Matth. quod non ante surrexerunt, quam resurgeret Dominus. Unde & Euangelista dicit, quod exentes de monumentis, post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Sed Augustinus in Epistola ad Euodiam hanc opinionem commemorans dicit. Epi. 99. non scio quid uisam uideri morte Domini Christi iam talem resurrectionem præstitam iussu, qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterum reperiatur corporibus dormientium: videndum est, quemodo intelligatur Christus primogenitus à mortuis: si enim in illa resurrectione tot præcesserunt. Quod si respiciatur, hoc esse dictum per anticipationem, ut monimenta illo terramotu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexissent autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: illud adhuc refert quod moueat, quemodo Petrus non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem eius non uidisse corruptionem, per hoc quod apud eos erat monumentum Dauid: & sic illos non conuincetur, si corpus Dauid ibi iam non erat: quia etsi ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius uideret corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere.

Durum autem uidetur, ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum si eius iam æterna donata est, cuius Christus ex femine commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Hebræos de Iustis antiquis dicitur. Ne sine nobis constituamur, si iam in illa resurrectione in corruptione constituti sint. Circa præsum, quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Si ergo Augustinus sentire uidetur, quod resurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam uidetur pertinere quod Hieron. dicit super Matth. Quod sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora Sanctorum resurrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentem. Quamuis hoc in sermone de Assumptione sub dubio relinquitur, rationes tamen Augustini multo efficaciores uidentur.

Ad tertium dicendum, quod sicut ea, quæ præcesserunt Christi aduentum, fuerunt preparatoria ad Christum: ita gratia est dispositio ad gloriam. Et ideo ea quæ sunt gloriæ sue quantum ad animam (sicut perfectio Dei fructus) sue quantum ad corpus (sicut resurrectio gloriosa) prius tempore debuerunt esse in Christo sicut in autore gloriæ: gratiam uero conueniebat prius esse in his, quæ ordinantur ad Christum.

COMMENTARIVS.

Titulus huius articuli (ut Caieta. notat) de prioritate durationis intelligendus est, hanc enim esse D. Tho. mentem ex argumento, Sed contra, & ex solutione ad 3. apertè colligitur.

Distinguit ergo D. Thomas duplicem resurrectionem, alteram imperfectam, quæ corpus mortuum reuocatur ad vitam iterum moriturum, quæ merito imperfecta dicitur. Quia licet excludat mortem in actu: non tamen in potentia, & in actu, non perpetuo, sed ad tempus, neque omnino. Quia licet homo uiuat in vita mortali, quodammodo continuè moritur. Et hoc modo clarum est, non fuisse Christum dominum primum omnium resurgentium, Nam & in veteri testamento, & ab ipso met Christo alij prius excitati sunt, ut argumeto primo D. Tho. probat.

Altera est resurrectio perfecta, quæ omnino ac perpetuo tam in actu, quam in potentia mortem excludit: nam est ad vitam immortalem, & gloriosam.

Et